



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gvillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXXV. De Episcopis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

CAP. XXXV.

De Episcopis.

EPISCOP I erant ad quos
 edelectus, Provinciarumque
 negocia, ut Ciceronis verbis utar,
 referebantur. In singulis enim
 Provinciis hi velut rerum arbitri
 constituti perquirebant de his
 quæ ad iurisdictionem, publicas
 iniurias, litesque spectabant, si
 quis illos adire vellet: ac senten-
 tiam ferebant, cui non secus ac si
 à principe magistratu lata fuif-
 set, parebatur. Vocabantur et-
 iam ἀρχιστοι ἀρτορες, & φύλα-
 κες, id est custodes, atque ἑφοροι
 præfecti. ἑφορᾶν enim & ἐπισκο-
 πᾶν est speculari, disponere. No-
 mine ephori usus est Cicero
 Quæst. Tusc. prima. Quum La-
 cedæmonius quidam, ait, cuius
 ne nomen quidem proditum est,

mortem tantopere contempserit, ut quum ad eam duceretur damnatus ab ephoris, & esset vultu hilari atque læto, dixissetque ei quidam inimicus, contennisne leges &c. Voce autem Episcopi in Pandectis usus est iurisconsult. de mun. & hono. l. munerum. Episcopi, inquit, qui præsumt panis & cæteris venalibus rebus &c. Cicero etiam Epistolarum ad Atticum septimo, Ego, ait, præsum negotio non turbulento. vult enim me Pompeius esse, quem tota Campania & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus & negotii summa referatur. A diligenti rerum speculatione nostris Christianis Episcopis nomen est inditum, qui ipsi ut sint præclaro nomine donati, video: ut rem ipsam verbis conferant, certe in paucis patet. Sed quis custodiet ipsos custodes? Hos puerilis ætas, hos infantia,

tia,

t,
n-
cu
ei
le
pi
f.
e-
e-
e-
l-
o,
l-
is
a-
d
na
e-
-
ii
-
is
t.
-
-
a,

tia, hos ambitio, illos cupiditas, quosdam fastus aulicus, non paucos veri odium, consuetudinis vitiosæ observatio prohibet verum audire. Improbos nomineque indignos perstrictos volo. Quæ itaque iusto & acerbissimo dolore motus in eos scripseram, quum præclarissimos viros videam iam totos mille annos illos commonefaciendo aërem verberasse, visum est omittere, atque perituræ parcere chartæ. Si Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, doctoresque omnes non audiunt, quid aliud quam crabrones scribendo irritare possum, quum arguere melius non possim?

Habes æquissime Cancellarie meas de magistratibus Atheniensium observationes: quas si abs te probari sensero, me præterquam quod magnum præcium operæ fecisse videbor, magnamque consequutus fœlicitatem, ad ma-

iura incitabis. Fiet enim tui iudicii censura, ne ullus possit tam facile carpere ac calumniari quod semel probaveris. Si vero quisquam rem ipsam ut minus absolutam culpam volet, erit laborum & sudoris mei admodum iniquus æstimator. Verum fat erit si nostra carpendo, norit nil esse ab omni parte beatum. Sed hætenus.

FINIS.

IN.